DOMINICA XLIII.

Ex Quæſt. 108. ſeqq

CASTE SEMPER VIVENDUM.

TEXTUS Matth. 5, 27. ad 33. uſque.

Verſ. 27. *Audiſtis dictum fuiſſe à veteribus, Non mœchaberis.*

℣. 28. *Ego verò dico vobis, Quicunque aſpicit mulierem ut eam concupiſcat, jam adulteravit eam in corde ſuo.*

℣. 29. *Quod ſi oculus tuus dexter facit ut tu offendas, erue eum, & abjice abs te, expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.*

℣. 30. *Et, ſi dextra tua manus facit, ut tu offendas, exſcinde eam, & abjice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.*

℣. 31. *Dictum eſt autem, Quiſquis dimiſerit uxorum ſuam, det ei libellum abſceſsionis.*

℣. 32. *Ego verò dico vobis, Quiſquis dimiſerit uxorem ſuam, extra rationem ſcortationis, facit ut ea mœchetur: & quiſquis dimiſſam duxerit, mœchatur.*

QUÆST.